



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

30. De Aduentu Domini

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

euangelium, Assumpsit, de iejunio Ver-
nali exposuit, quasi dominice diei satisfa-
ciens, infra quem ipse semper ordinatio-
nes fieri constituit.

5

De Aduentu Domini,

C A P. XXX.

A b Aduentu Domini usque ad Nati-
tatem eius, Te Deum laudamus. Gloria
in excelsis Deo. Ite missa est, dimittimus,
quia maior gloria noui Testameti, quam
veteris, cuius typum infra aduentum Do-
mini obseruamus. Aliquando etiam festi-
uius natale Domini suscipimus, si huius-
modi glorificationes aliquadiu suppres-
fas quasi de novo illa die incipimus. Qui-
dam infra aduentum Domini casulis pro-
dalmaticis utuntur. Quidam solito mo-
re vestiuntur, eo quod Missam ad tertiam
& Alleluya, sicut & tota aestate dicunt. In
natiuitate tamen Apostolorum siue de-
dicatione Ecclesie, predictas glorificatio-
nes non omittimus. Hinc usque octauam
Pentecostes, solitam mentionem sanctae
Crucis ad vesperam siue ad matutinas, in
feria sexta, & de sancta Trinitate Domi-
nicis diebus retinere solemus. Nam quod

f. Aliquando

Infra aduentum
iuxta veterem ri-
tum casulis non
dalmaticis uti-
muntur.

Vespera vocat
Officiu vesper-
tinu quod nunc
vesperas dici-
mus. Sic etiam
frequenter cum
sequentibz.

F 2

qui-

84 MICROL. DE ECCLES.
quidam illo breuissimo spacio, quod Purificationem sancte Mariæ & Quadragesimam aliquando disiungit, mentionem sanctæ crucis restituunt, non adeo congruum videtur, cum illo tempore de infantia Christi potius, quam passione contetur atque legatur.

De Euangelio, Cum appropinquaret.

C A P. X X X I.

IN Dominica prima de aduentu Domini, quidam legunt Euangelium, Erunt Romanū Euā. Cum appropinquaret, Dominica prima aduentus. Legendum iuxta veterem ritū signa, eò quod sanctus Gregorius in libro homiliarum illud in primis posuerit. Sed parum attendunt quia idem Apostolicus in eodem libro huiusmodi ordinem non attendit: in quo plura Euangelia penitus nō tetigit; insuper & quæ exposuit, multociens posteriora prioribus anteponere consuevit. Alij initium Marci Euangelistæ legunt, sed quia inusitatum est, pauci assentuntur. Nos autem ex antiqua traditione, Cū appropinquaret, legimus, non vtique sedi Apostolice, si aliter iussit, præjudicantes, sed interim auctoritatē sanctorum Patrum sectantes. Nam & sanctus Hieronymus in libro Comitis, ita ordinavit

Sic etiam Rupertus de diuinis officijs.